

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paupertas ad
cum fonte primo

Cum periculosum aliquid conclamandum est, quomodo exeat non quid efferat querit; aut si nauigandum est, non strepunt portus nec unius comitatu inquieta sunt litora. Non circumstat illum turba seruorum ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas.

Seneca epistola XIII.

Cum classicum cecinit, scit non se peti;
cum
aqua
conclamata est, quomodo exeat, non
quid efferat, quaerit; [ut] si navigandum
est, non strepunt portus nec unius
comitatu inquieta sunt litora; non
circumstat illam turba servorum, ad quos
pascendos transmarinarum regionum est
optanda fertilitas.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 17, 3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.44, ll.16-21).